

## **Terms and Conditions**

The Library provides access to digitized documents strictly for noncommercial educational, research and private purposes and makes no warranty with regard to their use for other purposes. Some of our collections are protected by copyright. Publication and/or broadcast in any form (including electronic) requires prior written permission from the Library.

Each copy of any part of this document must contain there Terms and Conditions. With the usage of the library's online system to access or download a digitized document you accept there Terms and Conditions.

Reproductions of material on the web site may not be made for or donated to other repositories, nor may be further reproduced without written permission from the Library

For reproduction requests and permissions, please contact us. If citing materials, please give proper attribution of the source.

### Imprint:

Director: Mag. Renate Plöchl

Deputy director: Mag. Julian Sagmeister

Owner of medium: Oberösterreichische Landesbibliothek

Publisher: Oberösterreichische Landesbibliothek, 4021 Linz, Schillerplatz 2

### Contact:

Email: [landesbibliothek\(at\)ooe.gv.at](mailto:landesbibliothek(at)ooe.gv.at)

Telephone: +43(732) 7720-53100

**A**ugusta vindelicorū inclita et superioris germanie vrbs vetusta. Cuius originē aliqui quā vetustis-  
 simā ostendere cupientes sicuti ceteri mortaliū. Bentem suenoz a Japhet descendentē: eam primo  
 inhabitasse punciā scribunt. Ibiq; eam condidisse vbi habundantia aquarū: salubris aer et alia  
 oportuna de facili haberi possent. Venientes enim sueni ad retiam locū aptum considerātes: et ad tuendū  
 natura munitū ob concursum duoz rapidissimoz flumioz vinde et lici. hanc vrbs primo edificauerunt.  
 Eamq; vindelicā a vinda et lico appellabant. Ea enim regio postea vsq; ad alpes vindelica dicebat. Uni  
 uersaq; montana pars in orientē et austrū vergens a rēthos vindelicisq; teneb̄ vt Strabo ponit. Eam autē  
 more vetusto vallo ac fossa cinxerunt amazones postq; europam inuaserūt suenos sub marsepia insuetis  
 armis et securibus pacatis ex hac vrbe cedere vsq; ad alpes coegerunt et desolatā reliquerunt. Cū hec ante  
 cladē troie pacta sint. Eam ciuitatē ante troiam fuisse opinant. Et temporib; exitus filioz israhel de egypto  
 ante romā quingentos et quinquaginta annos conditā asserunt. Quā quidē a troianis ortam dicunt  
 Eligentes autē sibi deam Zisam quā cererē fuisse opinant. A qua hec vrbs zisaria dicta. Cuius templum  
 vsq; ad tpa romanoz inuolatū pmansit. Id vetustate collapsus nomē collis seruauit. Qui ab incolis Eys-  
 senberg hodie vocat. Per vindelicos deinde ac rēthos florentissima cū muris ac ppugnaculis facta. A  
 romanis plurima bella ppeffa est. Cū libertatem semp optaret: se a romanis vindelici alienarūt. Ideo di-  
 uis Octavianus Augustus Titū Enniū ptozē cum legione marcia: ac alijs ducibus in eos misit. In qua  
 Auar bogudis regis filius adolescens in armis apud grecos et latinos peritus. Et Varro tribun; mili-  
 tum claruerit. Hi ciuitatem in fine estatis multitudine romanoz obsessam varijs affecerunt incommodis.  
 In ea oppugnatione Auar grecus occiditur. Et in vico criebisaueron vbi sepultus fuit tale epigramma  
 reperitur. His nomen terris bogudis dat regia proles. Grecus auar pecudis de suenis more litatus. Pe-  
 rijt et pretor cum legione marcia vt pauci superessent in ea clade qui rem gestam recitarent. Locoq; cedis  
 nomen dedit perdita legio in media nunc ciuitate perleich dicta. Ideo scribitur. Indicat hic collis ro-  
 manam nomine cladem. Marcia quo legio tota simul perit. Varro quem verrem nominant anme

transmisso in paludibus se occultans lacu vernense nomen dedit. Is postea consul sicilie infeliciter obiit.  
 Et vt Suetonius refert qd Octavianus Augustus omnes graues ignominias cladesq; duas omnino nec  
 ce legatisq; et auxilijs comunibus cesis. Deinde augustus p Tiberiū Heronē (Cum Drusus frater ei; re-  
 nales regiones aggressus est) post varrianā cladē effluxo triennio vindelicos tenuit atq; vrbs eoz inu-  
 nitam reddidit. Et vt verba strabonis libro quarto affirmāt. Tribus romanoz milib; cesar augustus missis  
 vrbs Augustam habitandā tradidit. quo in loco varro castra iam habuerat. Elandius Drusus tamen eā  
 postea instaurauit. Muris ac turribus ampliavit. Cūq; auspicijs Augusti victa et aucta erat in honore au-  
 gusti Octavianū Augustam appellauere. De his bellis Oratus in odis mentionē facit. Videre rethi bel-  
 la sub alpibus drusum gerentē vindelici. Quibus mos vnde ductus p omne tempus amazoma securi de-  
 xtras obarment et. Cum autē Sueni qui potentia et hominū frequentia reliquos antecellūt. hanc vrbes p  
 tutissimo elegerūt. Deinde in romano imperio stabilis ac fidelis pmansit magnū incrementum habuit ac  
 multa prisce vetustatis monumenta in ea relicta sunt. Anno autē salutis quarto et quinquagesimo sup nō-  
 gentesimū et vltra vngari germaniā et sueniam vastantes Augustam obsiderūt: varijsq; cladibus noricos  
 rēthos ac suenos affluerunt. Otto primus impator aduersus eos pluribus diebus decertauit. Eosq; tan-  
 tem ad internitionē prope Augustā deiecit. Tres quoq; in eo prelio eoz regulos captos a militib; suis ad  
 eū pductos cum ob clementiā seruare conaret. Sueni (eo nolente) suspensio necarunt. Cecidit in eo bello  
 Diopoldus comes frater sancti Adalrici et Regiboldus fil; sororis sue. Deinde diuus Adalricus epi-  
 scopus vrbs illustrioz fecit. et eccliam sancte Affre instaurauit. Que olim ab Attila et nūc ab hūis lesio  
 nem sensit. Et eccliam sancti Johannis et sancti Stephani cōstruxit. Ornat q; hec imperialis ciuitas publi-  
 cis et priuatis edificijs pulcherrimis. Et p̄sertim basilica epali ampla beate Marie virgini dicata. Et cen-  
 oij sancti Adalrici ordinis diui Benedicti in quo corpus eiusdē sancti epi et Simperti ac beate Affre mar-  
 tyris ac plurimoz sanctorū p̄cipuo honore obseruant; qui auguste varijs ob tormetis martiriū pmuerūt

